

ex ea argumentum pro Hebreorum moribus dederunt. Non ita tamen facile nobis persuaderemus, Judeos in rebus in medio positis, à ceteris aliorum gentium usibus recessisse, ut sub iisdem vocibus, puniendo nempe noxiis ignis suppicio, alio apud illos intelligeretur, quād extere per orbem nationes designarent. Conveissa Chaldeos criminosos quosdam in successā sartagine torre Jeremias insinuat cap. 29, v. 22: *Ponat te Dominus sicut Sedeniam, et sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, eō quidē mœchati sunt in uxores amicorum suorum.*

Neque viva tantum hominum corpore cremabantur, sed cadavera etiam interdum, quod factū cum sexto fratre Machabeorum in oīam succensā post obitum injectum supra legimus. Sunt qui in pyrā crematum Achan pos. lapidationem (Josue 7, 25) trahiderint. Ossa pseudoprophetastrum à Josiā super aram sacrilegam combusta sunt (4 Reg. 25, 2, et 2 Par. 54, 8). Auctor Ecclesiastici hæc habet c. 7, v. 22: *Vindicta carnis impīi ignis, et vermis, quibus verbis p̄ oculis habere potuit noxiorum est suppicio deposita cadavera, quod sub diu relata verium vel in ignis palubrum. Tradunt enim perpetuum servari ignem conuiseisse in valle Hinnom ad Jerusalēm, quoniam cadavera, non forte contagione aerem corrumperent, absumerent. Et hunc Ecclesiastici locum spectans Jesus Christus, Infernum sub gehennae nomine signans, testatur, nec vermoni impiorum interitorum unquam nec ignem extingendum (Marc. 9, 45, 47). Nulla erat misericordia atque ferocia p̄ oculi apud Judeos, quām ut corpora inhūmata omnibus celi teraque injuria exposita relinquerentur. Quemadmodum enim nūlī erat domesticus fidei magis commendat, quām ut mortuorum corpora funere et sepulture curarent; ita fedis nūlī habebatur, quām ut projecta sub diu cadavera avibus et bestiis in ludiōrum traherentur. Quare inter cetera quibus Deus animadversum se in populū pervicacem minitatur, miserrimum hoc addit, relictorum scilicet corum cadavera omnibus coi viüssitudinibus exposita (Deuteronom. 32, 24). Josephus perhibet, honore sepultura eos tantum privari, qui sibi manus violentas intulissent (de Bell. I. 5, c. 14). Quin et illa totā die bestiarum injuriis exposita, nocte verò sepultura mandabatur. Jeremias eō malorum deuentur regen Joakin filium Josie prædictit (Jerem. 22, 19), ut defunctum ejus corpus sep-*

turā asini sepeliretur, i. e., projiceretur in agrum tanquā morticinum aliquod. Animadversione tamen dignum est, Moysis lege prænam illam nunquā decerni, et sepultura honore neque privari illos jubeat, qui crucis supplicio sublati sunt; eos enim ultra diem in supplicio vētata relinquī, nisi peculiari aliquo ratio alter cum aliquo agendum suadeat. Quin nec ulla in lege excipitur causa; quare hujus legis exceptio ab aliis potius adjecta, quām à Moyse assignata censenda est.

LAPIDATIO. — Hebreorum doctores, ingenio semper suo indulgentes, fabellis venditandis in hoc argumenti genere sicut in alio quocunque incumbunt (vide Selden. de Synedr.). Lapidibus enim hominem premere, tantudem apud illos, ac apud ceteras gentes omnes non sonat. Damnatus igitur ad lapides (ita rem tradunt Judei) in saxi cūjusdam, altitude duorum hominum eminentis, crepidine statuatur, unde à duobus testibus p̄ ceeps agebatur in saxa. Si post lapsum adhuc supplex sp̄ raret, lapidibus à reliquo populo conficebatur. Porrò hoc suppliciū genere 48 crimina plectebantur, que scilicet in lege capitali supplicio subjecta sunt, nihil tamē de genere mortis adjecto. Infame erat, si quod alio unquam apud eas gentes, quo vel bovem plecti homicidio reū Moyses in lege plectip̄ (Exod. 21, 29, 52). Eodem etiam Moysē referente, lapidatione confectus est vir blasphemus (Levit. 24, 14), sicut et alter, qui ligna die sabbati colligebat (Num. 15, 32, 35). Naboth vir justus p̄ parem supplicii prænam Jezebèle mandante toleravit (5 Reg. 21, 15); p̄ parem ad uram tributorum præpositus salōne (2 Paralip. 10, 18).

Ex hisce omnibus exemplis frustra argumenta quereremus rabinorū fideli abstrude, cūm maximè contraria omnia demonstrent. Moyses, iussus à Deo, cavel, ne quis nunquā ad montem Sinai accedere audeat; animadveri in contumaces jubens vel lapidibus ad universo populo jacet, vel sagittis; cavel autem *ne manus tangat eos* (Exod. 19, 15), nec qui p̄iam removere illum ab eo loco presumat. Nihil autem eorum, quæ à rabinis produntur, appetit sive apud Josephum, sive apud Philonem. Lapidibus Jesus Christus conficeret vel in ipso templo Judei tentarunt (Joan. 8, 59); confectus est Stephanus in loco extra urbem Jerusalēm (Act. 7, 57); penē tandem confectus S. Paulus in urbe Lystra (2 Cor. 11, 25; Act. 14, 18). Feminam adulterii ream sibi à Judæis

adductam, lapidatione ab eo primum plecti Jesus precepit, qui nullā criminis conscientiā tangenter (Joan. 7, 8). Quenam, rogo, hic de noxiis ē saxo in p̄ ceptis actis, ex Judeorum sententiā, mentio?

Exemplis viri blasphemi, tum et violati sabbati rei, sicuti et Achan et S. Stephani, instruim, huius inferendo supplicio locum extra urbem designari. Moyses (Deut. 48, 6) ita cum illo agendum plectip̄, qui populum ad idolatriam induxit; id autem vulgo extendunt nimirum, quād scilicet propheta in exordio libri sui ceteris memoratis regibus sub quibus oracula fuit, nihil habeat de Manasse. Sed hæc contra receptam traditionem infirmiora sunt; potuit enim propheta morte occubuisse vix initio a Manasse regno, cūm scilicet nulla fudisset sub eo oracula.

Ita etiam cum Iesu Christo servatum novūm, qui extra urbem Jerusalēm crucem toleravit. Non tamē hanc generalē regulam usq̄ ad obtinuisse crediderint, in lapidatione, maxime nimirum, quod Hebrei appellant *zelī*, ne expectata quidem judicium sententiā, décreta.

PRECIPITES ē SAXO ACTI. — E saxo, sive ē turri p̄ ceptives acti quidam in Scripturā membrantur, quāmvis non illud fuisse vulgare, et consuetum Hebreorum supplicium tribularum familiare persuasum habent. Amasias rex Juda eo genere 1,000 lđumceos in bello captos peremit (2 Paralipom. 25, 12); quod idem factum, ut scilicet ē saxo Horēb p̄ ceptis ageretur, subiisse creditur rex ejusdem nominis in prælio cum Madianitis à Gedeone commissio captus (Judic. 7, 25). Jezebel ē māribus Israel p̄ ceptis acta est mandante Jeho (4 Reg. 9, 55). E crepidine montis sui eadem inferre necem Jesu Christo Judei Nazareni tentarunt (Luc. 4, 29). S. Jacobus Justus ex edificissimo templi loco in vallem subjectam dejectus est. Zacharias filius Baruch, in ipso templo cū Zelotis occisus deinde in voraginem ad radicem templi patenter protritus est (de Bell. I. 5, c. 1). Sed hæc extraordinaria sunt p̄marum exempla, neque legis, neque certi alieñi tribularum autoritate fulta.

Novum aliquid supplicii genus nūspīam in veteri Testamento occurrens, legitur Matth. 18, 6, quo nempe fontes ampliori aliquo ad collum saxo alligato in mare projicerentur, in quem Evangelii locum scribentes Grotius et D. Clericus autunant nunquā obtinuisse apud Herodios, ut eo supplicio, quod familiare apud Syros consent, sones perirent. Profecit vel inusitatum fuit Hebreis, vel nonnisi post regnum Syrorum in Judeā notum.

SUPPLICIUM SERRE. — Insueti suppliciū, serre nempe, exemplum simul et argumentum ipse in

se prophetā Isaia exhibet. Apostolus de SS. veteris Testamenti agens, qui virtute suā, et infracto animi robore mortem ipsam et tormenta vicerunt, inter cetera serram tolerasse illos memorat: *Secti sunt* (Hebr. 11, 57); quod ab illo de Isaia eo suppliciū genere preempto à Manasse dictum traditione apud Judeos aequū ac Christianos recepta certum est. Id autem subiisse prophetam narrant, quād vidisse se Dominum thronū assidentem profectus est (Isai. 6, 1). Tostatus in dubium revocare eam traditionem nimirum, quād scilicet propheta in exordio libri sui ceteris memoratis regibus sub quibus oracula fuit, nihil habeat de Manasse. Sed hæc contra receptam traditionem infirmiora sunt; potuit enim propheta morte occubuisse vix initio a Manasse regno, cūm scilicet nulla fudisset sub eo oracula.

Nec Judæi veteres Patres in eo tantum convenient, ut serrā dissecutum prophetam illum trādant, sed et instrumentum illum lignum fuisse, non ferreum, unanīmi consensu perhibent. Ita plane memoria proditum reliquerunt S. Justinus Martyr (in Dial. cum Tryph. pag. 549 edit. Taris. an. 1656. Hieron. in Isai. 1, 15, ad fin.), S. Hieronymus, auctor Carminis in Marcionem, lib. 5, ac tandem totius Ecclesie nostræ atatis consensus, cui temere prorsus refragarem. Hunc porrò martyrem si in duas partes dissecutum sic aliquid ferre credereamus, quemadmodum et cum aliis Martyribus tyrannorum iussu factum constat (vide Baron. in not. ad Martyrol. Rom. jul. 6, Gallon de Cruciat. MM. c. ult.), ut scilicet transverso corpore secarentur, res esset prona et creditu faciliſ; cūm autem semper corpus sic lignē a summo capite ad innum usque ventrem, sive ab imo ventre usque ad caput (vide Zenon. Veron. Serm. 28 de Isai.) discisum narent, rem trādant rationi prorsus repugnantem. Qui enim fieri poterit, ut ossa ferreæ prorsus duritas, que vix ferro cedent, sive lignēa fabricavit unquam? Cui usū? scindendone lapidi, marmori, osibus? Quare ita affrenda est huic traditioni fides, quā dissecutus propheta sic lignē tenetur, ut simul cum annis concilietur.

Septuaginta et S. Hieronymus sicarū nomine machinas quasdam non raro designant ad usum excutiendi tritici olim fabricatas. Constant autem immanibus quibusdam trahibus, ferreis cupidoibus sive lapidibus instructis, que super manipulos trahebantur, vel saltem vehi-

cula erant ferro armata, in euodem usum. Ita enim Virgilius (1):

*Tardaque Eleusina, matris volventia plaustra
Tribulaque trahere.*

Ita etiam Isaías 41, 15: *Posui te quasi plaustrum novum, habens rostra serranum.* Et 28, 27: *Non in seris traheris gith.* Porro gith tritum est imbecillus, minis ferens harum machinam pondera. Paris legimus 2 Reg. 12, 51, quod maximè nostrum intentum convineat. Post relatum à Davide insigneum de Ammonitis victorian, occupatimque Rababah ejusdem regionis metropolitæ, victoriâ suâ rex impotenter usus *populum adducens serrati*, et circumgeit super eos *ferrata carpeta*. Ila ferè legit etiam Septuaginta: *Et populum qui erat in eâ, eductis et posuit in sérâ, et in tribulis ferens, et in securibus ferreis.* Originalis textus sine controversia eadem instrumenta exprimit. S. Hieronymus similem textum I Par. 20, 2, reddit: *Tribulos, et trahas, et ferrata carpeta.*

Non abs re iugiter credimus serras illas, quibus confectos veteri Testimenti quodam justus viros Apostoli testatur, ipsissimas esse machinas huicnsque descriptas. Neque alias designâs serras credimus Judœos, et Pares; oīn enim de Isaiâ lignæ serrâ perempto testatum reliquerunt, aliam planè quam vulgarem serram concipere nos jacent.

At enim vox græca *epristhesa* ad litteram sonat vulgaris serrâ discindi; quare nonnisi metaphorico sensu expressum in textu Apostoli alterius supplicii genus videtur; neque enim nisi per metaphoram sedci dixeruntur. Sed hisce reponimus, potuisse Apostolus græco verbo ut, euodem planè sensu se Septuaginta; quare siue interpretes illi èrunt contra viros sub trahis expresserunt; ita plane et S. Paulus in euodem sensum vocem usurparunt. Porro *actum esse* idem sonat Apostolo, ac ipsissimum verbum apud Vulgatam et Septuagintam, apud quos si metaphorico et minus prono sensu acceptum dicatur, idem et de Apostolo non injuria sentire possimus. Scindat igitur vulgaris sera, difundat lapides et ligna; altera verò, de quâ agimus, sera conterat, conculet,

SUB SPINIS, SIVE ANIMALIUM PEDIBUS CONTERERE.—Quam Gedeon de civibus Socot exigit, utio ejusdem esse videtur rationis, ac illata à Davide in Ammonitis, et in Isaiam à Mânas. Cum enim Gedeon vîctor à Mâdanis regrederebatur, ejusdem urbis optimates captos, sub tribulis et spinis deserti contrivit; nempe super tribulos et spinas, quas super miserios illos homines intravit, trabes sive lapides trahas induxit (Jodic. 8, 16). Ita planè romani moribus receptum, cùm noxios sub cruce necabant; noxiom enim cruce operientes, immanes deinde lapides superinducebant. Familiare

communiat; quid inde? De utrâque usurpatum est verbum *secare*. Ad hæc ostendimus in superioribus, illud supplicii genus non ignotum Hebreis fuisse; quare nihil est, quod nostra interpretatione aduersetur. Dicere etiam ausim nūquā fieri potuisse, ut res alter se habeatur, alioquin universam traditionem abjiciamus opertet.

Si de serrâ ferreâ ageretur, aliter quidem à nobis disserendum fuisse; illud enim supplicii genus notum antiquis satis constat. De Thracibus ita Valerius Maximus l. 9, cap. 2, exempl. 4, Extern.: « Neque vivos homines medios secare, neque parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit. » Idem etiam assignatum supplicium certis quibusdam criminiis puniendis lege duodecim tabularum consistunt; quanquam raro adeo continget, sit Aulus Gellius, ut executione mandaretur, quod neque nostrâ neque prisconrum sealorum memoris factum unquam noverimus (Aul. Gell. 1, 12, Noct. Attic. c. 2). Scitum est tamen, auctor Suetonio in Caio, imperatore Caïm Caligulan viro quodammodo non vulgares caveis quibusdam ferreis detinuisse, veluti animalia quadridupa; interdum etiam ejusdem generis homines medios serrâ dissecuisse. Hic etiam spectatum à Daniele crediderim cap. 13, 55, cùm impiorum illorum senum alterum allocutus: *Angelus Déi accepta sententia ab eo scindet te medium.* Malus ille servus, de quo Matth. 24, 51, medius abscessus est, et inter hypocritas ejus. Sabacis Ægypti rex per quietem admonitus est, ut sacerdotes omnes Ægypti medios precidere, ait Herodotus lib. 6. Mulier quadam apud Aristophanem presti so esse dicit ut media scindatur: nec alii facile spectant phrases illæ Scriptura: *Cocidere in frusta* (vide 1 Reg. 15, 31, 33; Exod. 19, 24, et 2 Reg. 6, 8), que pro occidere usurparunt.

SUB SPINIS, SIVE ANIMALIUM PEDIBUS CONTERERE.—Quam Gedeon de civibus Socot exigit, utio ejusdem esse videtur rationis, ac illata à Davide in Ammonitis, et in Isaiam à Mânas. Cum enim Gedeon vîctor à Mâdanis regrederebatur, ejusdem urbis optimates captos, sub tribulis et spinis deserti contrivit; nempe super tribulos et spinas, quas super miserios illos homines intravit, trabes sive lapides trahas induxit (Jodic. 8, 16). Ita planè romani moribus receptum, cùm noxios sub cruce necabant; noxiom enim cruce operientes, immanes deinde lapides superinducebant. Familiare

(1) Georgic. I. Servius in lione locum: *Tribula genus vehicul, omni ex parte dentatum, unde terruntur frumenta, quo maxime in Africa stebantur. Trahe, volventa sine rotis.*

erat supplicium apud Romanos (1), nec ignotum Carthaginensibus (2), sicut et priscis Germanis. Solemne enim erat postremis hisce gentibus, ut *ignavos, et imbellies, ex corpore infames cano ac plause, injectâ insuper crate mervarent.*

¶ Porro ad unum aliquod ex suppliciis huic quod descripsit referenda sunt ea que Moabite prælio vici, à Davide tolerarunt (2 Reg. 8, 2): *Percussi Moab, et mensur est eos funicul, coquans torce; mensur est autem duos funicul, unum ad occidendum, et unum ad vivificandum.* Sed quale istud genus mortis in Moabitas decrevit? Conjecturæ agendum est, silentie Scripturâ; sed cum in terram prostratos legamus, facili ducimus conjecturam similis in illo supplicio animadversum fuisse, ac olim in Ammonitis, vel saltem pedibus bestiarum fuisse proculeatos; quod satis priscis moribus era familiare. Ita conculceri jussi pedibus elephantum Alexandrinos Judeos Poliontum Phiscon rex Ægypti (vide Josephum 1. 2 contra Appion. in lat.); sicut et paria in desertis, et rebello reipublice tam cives, quam externos intulit Amîcar, insignis copiarum Carthaginensium imperator (vide Porphy. de Abst. 1, 2, pag. 227). Eò spectans Micheas propheta 4, 13: *Dominus, ait, congregari eos quasi pernum areæ. Surge, et tritura, filia Sion, quia cornu tuum ponam feruum, et unguis tuus ponum areas, et communes populos multos, etc.* Cum exercitus Alexandri regis Judeorum in loco iniquo et petroso in insulis Arabum incidisset, jussu Obæde regis ejusdem gentis, totus pedibus camelorum proculeatus est (Antiq. 1, 15, cap. 21).

IS CINEREM BECERERE.—In 2 Mach. 15, 5, aliud supplicii genus legitimus, quo scilicet noxi in cinerem deturbaruntur. Turres erant editæ, ad hoc instructæ, ut agestum cinerem vel pulvorem continerent, in quem noxi pœnæ acti suffocabantur. Porro hæc supplicii genus Hebreis inaudium, exteris finitimus genitibus familiariter erat. Antiochus Eupator (3)

(1) Tit. Liv. 1, 4: « Ad vociferationem eorum, quos sub cruce necari jusserat concursus factus. »

(2) Plant. in Penulo, scen. *Ain tu*, etc. —Ang.: « Quid agit, aut orat, expedi. —M.: « Sub cratim ut jubes ses supponi atque eo lapides imponi multos, ut ses neces. »

(3) 2 Mach. 15, 5: Erat in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, agustum undique habens cineris; haec prospectum habebat in precepis, inde in cinerem dejici jussit sacram legum.

ex editâ 50 cubitorum turri in subjectum cinerem dejici jussit proditionem Menelaum. Alia ejus generis exempla è profanis scriptoribus deducta concessimus in nostro Commentario in Machabeos. Primus ejus supplici auctor Darius Ochus assurit (Valer. Max. 1, 9, c. 2, de Crudelit. exterr. art. 6). Sunt qui mendosè Ochus pro Dario Hyrcaspis positum asseverent. Neque ego quidem alium quam Darium Hyrcaspis intelligo, quem et Valerius Maximus Ochum appellat; et eo etiam nomine designatur Esth. 4, 1, quo in loco Darius Hyrcaspis Assurus, vel Achasvero (idem est ac Ochos), nuncupatur. Darius igitur illa post adeptum conjunctione regnum, cùm sacramenti arcuissimi religione se obstinxisset, ne conjurationis osculo ullo unquam violenta mortis genera, non veneno, non ferro, non fame periret; vereretur autem, ne quid simile in sese attentari pravo illo exemplo contingenter, date fidei eludenti concilio, novum istud supplicii genus invexit. Parari enim jussi voraginem quandam cinere agesse oppletam; tum miseros constituit super trabem ad utrumque voraginis latus pertingentem, quo scilicet in somnum largiori cibo potaque ingesto resoluti, in subjectum cinerem decidentes suffocarentur.

NOXIOS DECALVARE.—Judæi, gens comata, solempne habent, ne unquam, nisi in summis ærennis, vel in publico privatoque luctu eandem comam depontant. Vestitum etiam illis ducent nonnulli, ne in funeribus lugendis calvitudinem indicant, quod ex prævâ legis interpretatione inferre sibi videntur. Ita enim in lego Dent. 14, 1: *Nec facies calvitudinem super mortuos*, quod da Adonidæ, sive Osiride ita per contemptum appellato intelligendum esse alibi demonstravimus. Sed in lugendis funeribus comam depositisse Judœos nullus dubito. Deponere etiam cogebantur noxi, cum scilicet probrosa hæc et servili notâ afficiendi censerentur. Ita à Nehemias facta cum Judæis, qui Philistæas Azotitas mulieres duxerant (2 Esdr. 15, 23): *Obrurgari eos et malefici, et cocidere ex eis viros, et decalvare eos.* Quanto autem probro nota illa duceretur, id, si alibi uspiam, in ultione intelligimus à Davide exacta in Ammonitis reos dimidiatæ barbe atque detonata comæ legatorum ejusdem regis. Ille enim bellum statim hœc genti indixit, devictosque habuit iniquissimè. Deus calvitudinem se inductorum ministrat in filias Sion (Isai. 5, 47), quo scilicet nimium illarum fastum, et

vestum affectatam pompana ulcisceretur. Iudei in libro, quem de *Generatione*, seu *Vita Jesu Christi*, impudentissimi calumnis inferum obtruserunt, venditam ea ignominie notam à patribus suis olim servatore nostrum tradactum fuisse oblitio insuper nescio quo lique vertice, ne scilicet comam unquam reparari continget. Tandem illud nobis silentio premendum non est, eadem ignominia notam apud ceteras etiam gentes obtrusisse. Ita cum SS. Martyribus aliquando servatum; qui pariter interdum dimidio tantum rasi per contemptum producebantur. Gloriosos illos fidei assertores affatus S. Cyprianus: « Semitoni capit, sit, conspicut horrescit; sed cum sit viri caput Christus, qualemcumque illud caput deceat necesse est, quod ab Dominis nomen insigne est. » (Epist. 77 ad Nemesium). Pius S. Presulis officiis viri illi sanctissimi gratificati, responderunt, ipsorum plenim christiana charitate epistolis suis id effecisse, ut semitonii capit, capillaturam adquerat.

SINE ERANT HEBREIS CARNIFICES? — Ut dissertationem hanc nostram omnibus absolutus numeri, brevi agendum est de justitia administris apud Hebreos. Carnificum munus tuncquam illiberalis et ignominiosum, nunquam scio in veteri Testamento notatur. Viri quos Soterim appellabant (Vide Comment. in Deut. 1, 15), quique iudicibus dabantur administris, carnificum loco apud interpretes bene multos habentur. Assistant enim tribunibus, flagris, et bacillis armati; quemadmodum et de lictoribus romanis magistratus comitibus, quo puniendis noxiis ubique præstò essent, memoria proditum legimus.

Sed munus illud Soterim adeò non vile nec illiberalis apud Hebreos habebatur, ut potius in eorum ordine recenseret honorificum ducere. Szepi qui illud explerent ex levitatem familiæ petiti sunt; edicenda illis dabantur edita principum et magistratuum, eorumque uegebant executionem; nonne et auctoritate principis dabant mandata, atque ut parerent ponebant terrorre cogebant.

Aliquando apud Hebreos potissimum exquende iudicium sententia munus testibus ipsis committebatur. Cautum est in lege, viri sive feminam Israëlem ad idolatriam incitamentem extra urbis portas raptari; quem deinde manus testium prima interficiat et manus reliqui populi extrema mittetur (Deut. 17, 5, 6). Ita servatum novimus cum S. Stephano,

ejus accusatores, positis apud Saulum, qui deinde Paulus, vestibus, paratos se injiciendi in virum sanctum lapidis prebuerunt (Act. 7, 57). Jesus Christus accusatores feminam adulteria affatus, primus inter eos lapidem injicere in feminam jubet, qui nullus commissi criminis haberet conscientiam (Joan. 8, 7). Idem factum scimus in sumendo de blasphemio, atque de sabbati violatoria supplicio (Levit. 24, 14; Num. 15, 33, 56); idem et in Achan, et Nabeth, quos populus universus lapidis conficit (Josue 7, 25, et 4 Reg. 21, 25). Si quid opera homicidium perpetrasset, hunc necessaris viri defuncti permisum eorum arbitrio occidendum; Moyses tradit (Num. 25, 19; Deut. 19, 12). Si vir uxorem tanquam ante nuptias corruptam per injuriam accusasset, in hunc ipsis seniorum urbis manibus animadvertisserunt idem legislator edicit (Deut. 22, 18). In his sanè vestigium nullum probri appetit, nibil etiam quod ingenuum et liberalem hominem non deceat.

In supplicio ignis inferendo, juxta rabbinos, ipsi suis manibus testes lineam fasciam collonox circumvolvunt trahcant, quò scilicet per diudicium os liquantum plumbeum in ventrem transmitteretur. Noxio etiam jugulando fumem nemo stringebat alius nisi testis. Sub Josue militibus comissum fuisse creditur, ut quinque reges Chananeos detruncarent, tum et in patibulo suspenderent (Josue 10, 26). Samuel alienum non duxit, si manus ipse violentas injiceret in Agag regem Amalekitarum, cum Saul antea pepercerat (1 Reg. 13, 33). Ipse Saul deterri suoi virorum dignitate intelligens ne gravius aliiquid in sacerdotess Domini audenter, Doeg Idumeum in illos incitavit (1 Reg. 22, 18). Infames illos Ibsosethi parciendas occidi a suis, atque in patibulo suspenderit David precepit (2 Reg. 4, 12); quam etiam mortis pompa inferri ab illis voluit in eum, qui de nece Saulis tantum attolerat (2 Reg. 1, 15). Gabaonite non alio quidem administro usi sunt, dum posteros Saul coram Domino in cruce agerent, acceptam ab eo principe injuriam insigni injury rependentes (2 Reg. 21, 9). Banias filius Joiaðe à rege Salomonem iussus remoturus Joabum ab asyllo altaris, abstractumque ex regis precepto gaudio confossum venit (3 Reg. 2, 18). Sub regibus Juda et Israel militibus plerunque commissum, ut capitales sententias executioni mandarent. Mathathias vir ille fortissimus Machabeorum pater, apprehensus suā manu virum Judeum in sacra

idolorum irruentem transfodit (1 Machab. 2, 24, 25). S. Joannes Baptista carnicem experimentus est regis Herodis spiculatorem (Marc. 6, 27). Tandem Jesu Christo in cruce agendo romani milites manum admoventur (Math. 27, 27). Zelete, referente Josepho in postremū urbis Jerosolymitanæ obisidione detentos in carcere Antipam et Sophnam, viros regali sanguine natos, capitali supplicio damnarunt, numeris executionem Joanni, viro inter suis primario Joseph (1. 4 de Bell., cap. 5, latin. et 11 græc.), una cum aliis decem committentes.

Neque lictorum munus infame apud Romanos unquam habitum est: quanquam et alligare reum, et cedere noxiis, defrunciare, atque in patibulo suspendere capitale supplicio damnatus ad illos pertineret. Hinc solemnis illa formula: *I, factor, colliga manus, caput obrubio, arbori infelici suspendo* (vide Gell. I. 22, c. 5).

Apud Mahometanos nostra etiam setate nulli sunt lictores, sed eorum vicibus funguntur milites, sive judiciorum famuli, qui præ aule foribus assistentes vix promuntatam à judice sententiam mandant executionem (vide P. Roger, Terre-Sainte, I. 2, c. 47, pag. 525). Non rara suspectant etiam exequende justitia militibus commisso in historiæ romana exempla (1) quanquam apud illos nec lictores deerant, neque carnicies. De Claudio imperatore narrat Suetonius in Claudio c. 34: « Cum et spectare antiqui moris supplicium Tiburi concepisset, et delegatis ad palum noxis carnifex dcesset, accutum ab urbe vespere et usque operiri perseveravit. »

(1) Suet. in Callig. cap. 26: « Flagellavit, ueste detracta subiectaque militum pedibus, quò firmo verberaturis insisterent. » Idem, c. 37: « Miles decollandi artifix quibuscumque è custodia capita amputabat. »

DE CONNUBIIS HEBRÆORUM Dissertatio.

De conubiosis tractatio adeò latè porrigitur, ut unicà dissertatione totam complecti nonquam possemus. Quare nec ui jurisconsulti tanquam civile aliquod pactum, nec ut theologi tanquam morale aliquod sive religionis opus Dei nominis invocatione sacrum respicieamus; at de solis nuptialibus ritibus disseverendum erit nobis in presentia, tum et de pactis sponsalitatis, in que omnia prisos recentes mores quantum sat est, ut commentator in Canticum cantorum serviant, percurrentes.

Præcoecissima erant apud Hebreos conubia: virorum etas a rabbinis prescribuntur 18 annorum (Lev. Moden. Cœrem. Jud. cap. 5), quam atatem si quis coelebs exegerit, ille criminis reus est, præceptum illud Dei ad primos homines transgressus: *Crescite et multiplicamini* (Gen. 1, 28). Liberum tamen cuique atatem illam prævenire. Quod ad plellas attem, citissime quidem sponsalibus obligabantur; nuptiae vero tandem dilate quandiu pubertas, quam vocabant, atatem, nempe duodecim annorum et unius quoque dici (Selden. Uxor. Hebr. I. 2, cap. 5), non absolvissent. Hinc phrases illæ in

Scripturâ familiares: *Uxor pubertas meæ* (1), quibus priores in adolescentia nuptiae designantur, et illud: *Dux pubertas* (2), quod deponit usurpatum est.

Facile hinc intelligimus cur virginitas opprobrio esset Israelitæ, ut insignis præ omniibus priori loco ducerent Hebrei, si dominum patris sui inædificatam relinquisse, neque eorum nomen in Israel suscitasse sibi exprobaretur. Hinc luctus filii Jephite, virginitatem suam non secutis ac funus lugentis (Judic. 11, 57); diem enim suam virgo clandebat, mille patri hæredi relicto. Hinc etiam Dei adversus Israelitas mince apud Isaiam (3), futurum nempe prædictum, eum rari adeò in Israëlo viri occurrerent, ut septem femme uni singulari viro cloquarent, contra receptum apud omnes gentes morem, nihil ab illo postulantes: *Panem nostrum come-*

(1) Joel. 1, 8: *Super virum pubertas tue. Et Malac. 2, 14: Uxorem pubertas tue.*

(2) Proverb. 2, 17: *Reliqui ducem pubertas sine.*

(3) Isa. 4, 1: *Vide et Jerem. 51, 12: Muli circumdabit virum.*